

Noribergam deportandas, dedi^{que}
negotium Eckeprechto meo ibi, ut
vel ipse mittat Durlacum, vel in ha-
fse ad te spectantes inserat.

De Compendio Mathematico,
quod quæris, minus mihi quam ti-
bi displicet consilium Dasypodii,
qui ex omnibus disciplinis Mathe-
maticis antiquitati cognitis, propo-
sitiones lingua propria artis, Græca
nimirum, censuit proponendas.
Nam demonstrationes addere, non
est compendii; transferre verò pro-
positiones ad usum, exercitii, non
memoriæ verborum conceptorum.
Est nunc Odera-Francofurti in ma-
nibus Ursini diatyposis mea Syste-
matis Mathematices, in minutissi-
ma membra sectar, ut materiam ex-
ercitio Logices suppeditare possit
Tabulis X. continuisque ab uno ti-
tulo bisectionibus vel trisectioni-
bus